

DE POTESTATE ECCLESIASTICA
SUMMORUM PONTIFICUM
ET
CONCILIORUM GENERALIUM
LIBER

UNA CUM VINDICIIS AUCTORITATIS
PONTIFICIÆ

CONTRA OPUS

JUSTINI FEBRONII

AUCTORE

PETRO BALLERINIO

PRESBYTERO VERONENSI.

Accedit APPENDIX de infallibilitate eorundem Pontificum
in definitionibus Fidei.



VERONÆ
MDCCLXVIII.

EX TYPOGRAPHIA MARCI MORONI
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



AD LECTOREM.



UR confutatio Febroniani operis, quo Pontificia auctoritas multis nominibus impetitur, tamdiu dilata fuerit, non obscuram rationem afferre licet. Cum totum Febronii opus falsis principiis innitatur; nisi ipsorum falsitas antea detegeretur, & principia contraria apte constituerentur; inanis prorsus inutilisque fuisset omnis confutandi labor. Explicanda primo erat natura & ratio Pontificii primatus, a quo omnis Pontificia auctoritas dimanat, & præcipua primatus prærogativa in materiis fidei, idest infallibilitas definitionum dogmaticarum, quæ ab adversariis catholicis in magnam controversiam adducitur, ex fine & ratione primatus, ac ex principiis, quæ ab iisdem adversariis probentur concessa, ita erat deducenda, ut qui concesserunt principia, cohærenter nequeant repugnare. Num id ex æquo præstitum sit in libro ante biennium vulgato, cum titulo *De vi & ratione primatus* &c. lector non præoccupatus dijudicet. Secundo explicanda erat Potestas Pontificia

DE POTESTATE ECCLESIASTICA
SUMMORUM PONTIFICUM
ET
CONCILIORUM GENERALIUM.

CAPUT I.

De jurisdictionis Ecclesiasticæ origine, & de discrimine juris inter S. Petrum & ceteros Apostolos eorumque successores, qui in varios Episcoporum gradus distinguuntur.

§. I.

Jurisdictionis Ecclesiasticæ Petro & Apostolis immediate collata fuit a Christo, nec Ecclesiæ immediate tradita dici potest, perinde ac si Petrus & Apostoli illam acceperint ab Ecclesiâ quoad merum ministerium.

JURISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ a Christo ducit originem, qui eandem S. Petro & Apostolis immediate tradidit, quando ipsis una cum clavibus regni cælorum dedit potestatem ligandi atque solvendi, quæ potestas idem est ac jurisdictionis; ac propterea hæc in origine est juris divini. Hæc quidem potestas, seu jurisdictionis S. Petro & Apostolis immediate tradita fuit in ædificationem & bonum Ecclesiæ; at tradita antequam
A Christus

VINDICIÆ

PRIMATUS ET AUCTORITATIS PONTIFICIÆ

contra opus

JUSTINI FEBRONII

DE STATU ECCLESIAE ET DE LEGITIMA POTESTATE
ROMANI PONTIFICIS.

PRÆFATIO.



JUSTINI FEBRONII consilium de restituenda Ecclesiastica disciplina, & de Ecclesiasticorum moribus ad sacrorum Canonum normam reformandis, quod ille potissimum præfert & ingerit in opere ante paucos annos vulgato, & pluribus mox editionibus repetito, ac ubique disseminato, cui præfixit titulum, *De statu Ecclesiæ, & de legitima potestate Romani Pontificis*, quis non maxime laudaret probaretque, si in id consequendum iis principis mediisque usus esset, quæ Ecclesiasticorum quidem vitia, abusus, & corruptelas impeterent, ac genuinam

cer.

A P P E N D I X

DE INFALLIBILITATE PONTIFICIA IN DEFINITIONIBUS DOGMATICIS.

Qua brevius explicatur atque statuitur, quænam & qualis auctoritas summis Pontificibus tribuenda sit, quando ex fine & officio primatus ob conservandam in tota Ecclesia fidei unitatem definiunt controversias dogmaticas.



Hæc additio maxime utilis, vel etiam necessaria quodammodo iudicabitur, ut brevius proponantur præcipua capita atque principia, quæ circa auctoritatem infallibilitatemque Pontificiam in definiendis fidei quæstionibus fufius protuli

in libro *De vi & ratione primatus*; sicque istud sit veluti compendium, quo totum systema ibidem propositum, ac totius systematis vis facilius percipi ac retineri possit. Hanc additionem subijcio *Vindiciis*, in quibus capite primo de auctoritate & infallibilitate Romanorum Pontificum circa fidei materias contra Febronium differui; & juxta propositam mihi methodum totam ratiocinationem conte-